

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Rei rvsticae libri qvatvor

Heresbach, Conrad

[Spira Nemetum?, 1603

Septembri

[urn:nbn:de:bsz:31-138693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-138693)

S E P T E M B R I.

*Hybernis frumētis serendis solum aratur.
Hordeum hybernum seritur, & triticum
atque siligo, vt radices ante hyemem conua-
lescant. Pallad.*

*Intyba, qua hyemi seruiant, serenda, vt
qua ab incremento immodico hyemis occur-
su reprimantur.*

Fœnum autumnale secatur.

*Brassica hoc mense seritur, qua Nouem-
bri incunte transferatur, & per hyemem ole-
ra prebeat. Pallad.*

*Lateres hoc mense, vti & Maio, facien-
di. 286.*

*Lucubrationes matutinæ ad Natiuitatis
Mariæ festum alicubi inchoantur.*

Galli castrantur.

Poma leguntur.

Lupuli salictarij vindemia.

Cydonia leguntur.

Acetum fit ex musto.

*Æquinoctium autumnale ad VIII. Ca-
lend. octobris Plinio, hoc est, ad 24. Septem-
bris. Nōstris ad XIII. Septemb. triduo ante
Lamberti diem, cum sol in libram ingredi-
tur. Ptolemæo XXI. Calend. Octob. hoc est, 21.
Septemb.*

Septemb. die *Matthæi* : sicut etiamnum
Gregoriano Calendario.

Iuglandes nuces decutiuntur.

Iumentorum & porcorum delectus habendus, & quæ per hyemem pabuli inopia seruari non poterunt, distrabenda.

Saginata, quibus carere licet, pro pecunia commutanda.

Boum saginatorum mercatus.

Boues comparandi, & per hyemem alendi, quibus pabulum suppetit, vt ad futuram æstatem saginæ suppetant.

Vindemiæ apparatus:

Vasa comparanda musto recipiendo.

Lupuli vindemiæ.

Omphacium ex immaturis vnus paratur.

KK ij OCTO.